



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

6. De miraculis Daudis Georgij, & Anabaptistarum Monasteriens. quodque homines idiotæ apud Anabaptistas literas calleant, resipiscentes, denuò vt antea sint idiotæ & literarum ignari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

bulchrum se proripuisse, & (quasi à mortuo
vox prolata fuisset) magnis laudibus Con-
stantinum Copronymum extulisse, ut eo cō-
terro hæresin illam, quæ in imagines grassa-
tur, populo plausibilem redderet.

Ab hæreticis igitur nulla vera miracula
er expectanda, sed à solis Catholicis. Enim-
vero quod pro confirmatione sui erroris præ-
tere non potuerunt Polychronius & alij hæ-
retici, hoc pro Catholica fide confirmanda se-
pius praestiterunt in mortuis ad vitam reuo-
candis beati Confessores & Martyres. Inter
quos Macarius in Aegypto ad hæresin Euno-
mij refutandam, defunctum à morte excita-
vit, clandestinam fugam meditante hæretico,
cum id se quoque facturum iactauerat, ut infra
referemus. (*Cassia. collat. 15. ca. 3. & Niceph. lib. 9.
cap. 14.*)

D. *Wilhelmus Lindanus Dialogo. 3. cap. 1. Dubitan-
tij. De miraculis Danidis Georgij & Anabap-
tistarum Monasteriensium, quodque homines idio-
tae apud Anabaptistas literas calleant, respiscen-
tes, denud ut antea, sint idiotæ, & literarum i-
gnari.*

CAP. VI.

DAuidem Georgium ob artes magicas
malè passim audire notissimum est. No-
uimus enim, qui ubi impiam eius doctrinam abo-
minati ad Catholicam redirent Ecclesiam, se-
se sibi persuasissimum habere dicerent, fuisse
præ

præstigijs delusos: vti nobis cum lachrymis
 minimè simulatis deplorabant. Cæterum de
 Monasteriensibus illis Anabaptistis certo ce-
 tius est, conatos fuisse simulata sanguinis plu-
 uia alijsq; imposturis suum confirmare pseu-
 docuangelium. Eo autem insania quoddam
 Tiguri fuisse redactos testatur Bullinger, vt
 sibi dona linguarum polliceri à patre caelesti
 non dubitarent, sed eos vanissima illustripes,
 sicuti & per Hollandiam nouum manna de
 cælo expectantes Adamitas. Illud tam eni-
 tactum præterire non possum, ex fide digna
 me audisse tam efficacem fuisse Sathanz in
 Anabaptistas imposturam, vt simulato quodam
 miraculo, dum sese illi fanaticæ factioni de-
 uouerent, sacra possent legere, quod ante nego-
 norant, neque didicerant. Sed si ab illis re-
 piscant etiã reuulsi, præstigijs, vnâ cum anima
 pœnitentia perit & legendi scientia. Equidem
 istud diu pro fabuloso habui, donec apud Hae-
 lemen. vir Catholicus N. minimè ignotus nate-
 rabatur suam vxorem, vbi vi ad cubiculum
 perrupisset (in quo expanso capillitio inter
 fratres sedebat Anabaptismum susceptura) vi
 extraxisse legentem nescio quæ ipsorum mys-
 teria: quam domi eum moneret, vt aliquid
 legeret, illa sese ne literas quidem amplius no-
 uisset respondit. Simile & Louanij de iuuentu-
 la quadam ab Anabaptismo resipiscente iam
 pridem me frequenter audiisse recolo.